



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLIV. Futurum. Accidens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

reddunt instructiorem. Ita sub fundo instructo legato veniunt etiam imagines, quæ in aliquo ornatu villæ fuerunt. *d. l. 12. §. 36.* sicut & bibliotheca *ibid. §. 34.* Theriaca & cætera medicamenta.

Limita: ut non procedat in iis, quæ non usus, sed custodiæ aut alterius causâ in fundo sunt, ut frumentum venale, fructus in fundo repositi, sed in alium quàm fundi usum convertendi *l. 12. §. 29. §. 30. & 37. ff. de instruct. vel instrum. legat.* nec ea, quæ tutelæ causâ ob incursum latronum testator ibi habuit. *l. 1. C. de V. S.* neque imagines, quæ in ornatu villæ non fuerunt, neque vina in horreis reposita, quibus alibi instrueretur paterfamil. *d. l. 12. §. 36. & 39.*

II.

Quoties fundus cum instrumento legatur, das Gut mit dem Hofgeveht, toties tantum veniunt instrumenta ad culturam necessaria, quamvis testator ibi plura habuerit.

Ratio: quia instrumenti appellatione veniunt tantum ea, quæ fundi causâ parata sunt, & sine quibus exerceri nequit possessio. *l. 12. pr. ff. eod.* veniunt ergo sub hoc legato aratra, ligones, pecora, quæ iterorandi causâ ibi habentur.

Limita: nisi de aliâ testatoris mente constet.

CAP. XLIII.

Furor, Furiosus.

Axioma I.

Furiosus comparatur ignoranti, *l. filiusfamilias 16. §. 2. in fin. & ibi Bartolus qui restam. fac. poss.* Item prodigo. *l. 1. ff. de cur. furios. abienti & quiescenti. l. 2. §. Furiosus 3. ff. de jur. Codicill. l. 124. §. 1. de Reg. Jur.* quia in eo animus deest. Equiparatur item infanti. *l. 1. de bon. poss. furios. infant.* quoad consensum præstandum, *l. 7. in princ. eod. ad Sc. Trebell.* Hinc Furiosi vel ei, cui bonis interdictum est, nulla est voluntas. *l. 40. de Reg. Jur. l. 47. de Acquir. vel. O. Her.* Furiosum tamen haberi pro consentiente, in casu, in quo si fuisset sane mentis, non habuisset causam contradicendi, volunt Alexand. *in l. 2. §. voluntatem. col. 2. not. ult. & Jas. in col. 3. not. 2. ff. solut. matrim.*

II.

Furor non dissolvit patriam potestatem nec matrimonium. *l. 8. de his, qui sui vel alieni jur. ubi glossa.* Plura de hac materia qui vult, videat. Tom. Reg. Jur. pag. 54. b.

CAP. XLIII.

De Furto.

Quoties deficit lucri participatio, toties ob furtum nemo tenetur propriè. Quia formalis ratio furti consistit in lucro, quod cessante ipsum furtum cessat. *arg. §. 1. Instit. de oblig. quæ ex delicto.* Exemplum est in receptoribus furum.

Declarat: ut præmissis procedat, si quaeratur de poenâ capitali infligendâ.

CAP. XLIV.

Futurum. Accidens.

Axioma I.

Futura non considerantur aut impediunt, nisi certa sint & infallibilia. *l. quemadmodum 29. §. se vario 2. ad Leg. Aquil. l. 1. de in litem jur. Wetsemb. in Comm. C. de condict. ob caus. dat. n. 43.*

II.

Futuri indulgentia non extenditur ad præterita. *in Nov. 129. cap. 4. ubi tamen vide Gothofredum.*

III.

FUTURA contingentia sunt incerta, apud nos, unde dicimus, de futuris contingentibus non est determinata veritas, *l. ventre 84. ff. de acquirend. heredit. l. se putator 31. ff. ad Legem Aquiliam. l. qui bona 13. §. cum inter 2. ff. de damno infecto.* D. Thomas *1. part. q. 14. art. 13. & lib. 1. contra gentes, cap. 67.* Curs. Conimbricens. in comment. ad Logicam, libr. 1. cap. 8. art. 3. *quæst. unica. Roman. consil. 503. Diligenter. n. 12. vers. non enim scire poterat.* [Et futura imprimis litigiosa, adesse & non esse se habere possunt. Parth. Litigios. lib. 2. c. 4. n. 11. ubi vide ex Jas. in *l. Stichum. de Legat. 1. & glossa in l. cum hi 8. de Transact.*] Ancharan. *consil. 392. Viso diligenter. n. 5. cum seqq.* ubi quod etiam aliquando iudicamus futura contingentia, secundum communem contingentiam. *Surdus de alimentis tit. 8. q. 1. n. 8. & consil. 454. n. 14. Cardin. Tusch. pract. concl. tom. 4. lit. F. concl. 568. à princ. ubi num. 4. ait, fallere, quando verisimile est, quod futurum possit evenire, & citat Baldum in *l. fin. §. quia. in fin. C. commun. de legat. Decius in l. se idem cum eodem 11. §. si una 2. col. 2. de iurisdict. omni. judic.**

IV.

FUTURA contingentia despiciuntur à præsentis utilitate, unde dicitur, ad præsens ova sunt pullis futuris meliora, Decius *consil. 474. Viso instrumento. num. 4. quem refert Cardin. Tusch. d. concl. 568. num. 6.* [Hinc illud: Ad præsens ova cras pullis sunt meliora. apud Scacc. *de commerc. §. 1. qua sp. Surdus consil. 45. num. 32.* quod diæterium est glossa, in *l. cum hi 8. verb. modico præsentis de transact.* vide supra tit. Accipere.]

FINIS LIBRI SEXTI.